

ἑστία idem foret, quod ὑπόστασις: rursus ὑπόστασις idem quod ἑστία: imò Pater futurus Filius: Filius futurus Pater: & sic deinceps. Quara-
tione totum Divinitatis mysterium de Essentia
unitate, & Personarum trinitate annihilari &
everti, nemo tam est bardus, quin intelligat.

6. Ac proinde vitiosissime ab Essentia divina
unitate, ad simplicem & absolutam identitatem
in divinis fit collectio: quemadmodum vice ver-
sa, ex pluralitate aliqua, statim ad ipsius Essen-
tia pluralitatem asserendam, perperam infertur
Consequens.

7. Quemadmodum enim, uti rectè Iustinus, *Quæst. & resp. 139.*
Philosophus & Martyr, hac de re differit: ἡ δια- *ad Orrh.*
φορὰ τῶν τῆς ὑπάρξεως τρόπων, ἡ διαίρει τὸ *3. 77.*
ἐν ἑστία: ὁ μὲν γὰρ τῆς ὑπάρξεως τρόπος ἡ δ' ἐν
συντελεῖ πρὸς τὸν τῆς ἑστίας λόγον: h. e. Dif-
ferentia Existentiæ modorū, non dividit Essentiæ
unitatem: Siquidem existentiæ modus nihil con-
fert ad Essentiæ rationem.

8. Ita unitas Essentiæ non prohibet, quo minus
alio respectu unum & idem distingui possit: id
quod vel exemplo Animæ est manifestum, quæ
καὶ ἑστία una, interim tamen ratione δυνάμε-
ων sive facultatum maximè est dividua.

9. Verum respicit hæc Quæstio τὸ ποῖον, Qua-
lis nimirum sit differentiarum istarum modus.

Consi-